

Fonte tingit, huc adeste,  
 Turca mari fugit, atque terra.  
 Huc proterva turba, Fauni,  
 Huc, amoena turba, Nymphæ:  
 Ferte ferte, ferte flores,  
 Turca mari jacet, atque terra.  
 Ferte fistra, barbitosque,  
 Fistulasque, tibiaſque,  
 Et canendo, luſitando,  
 Saltitando prædicare:  
 Turca mari fugit atque terra.  
 Audiat Æther,  
 Gaudeat Æther;  
 Te Duce, Clemens,  
 Roma triumphet;  
 Turca mari jacet, atque terra.  
 Itala feſtis  
 Æra reſultent  
 Undique templis:  
 Turca mari fugit, atque terra.  
 Audiat Iſter;  
 Litora multo  
 Flore coronet.  
 Plaudat Iberus,  
 Et Tagus almam  
 Vertice flavo,  
 Neſtat olivam.  
 Tum ſua Nereo  
 Latus uterque  
 Gaudia portet.  
 Turca mari fugit, atque terra.  
 Curre, fama, clange, clama,

Gaudiaque extremum, & plausus, & carmina longe  
Differ in orbem.

§. V. De Symbolo Heroico.

**S**ymbolum Heroicum, Italis vulgo *Impresa*, Gal-  
lis *une Divise*, definitur picta metaphora, sive  
imago quædam picta, significans rem aliam  
non pictam, propter utriusque similitudinem, ad-  
dita voce, seu sententia, quæ utriusque connexio-  
nem ostendat. Exempli causa Sol pictus cum hac  
epigraphe, *Sufficit Orbi*: recte designat Imperato-  
rem aliquem Romanum, v. gr. Cæsarem Augustum:  
sicut enim sol satis habet lucis ad Orbem totum  
collustrandum, & caloris ad fovendum; sic Au-  
gustus satis habuit sapientiæ ad gubernandum or-  
bem, & potentiæ ad continendum. Figura picta,  
corpus symboli appellatur: Verba, seu sententia,  
dicitur anima: ut enim homo constat ex anima,  
& corpore, ita symbolum heroicum componitur  
ex figura, & verbis. Ubi nulla intercedit simili-  
tudo inter figuram pictam, & rem illa significa-  
tam, nullum est symbolum proprie, ac vere dic-  
tum. Itaque illud Caroli V. *plus ultra*, sententia  
est, non symbolum. Inter figuras, e quibus sym-  
boli corpus constat, negant periti locum esse hu-  
mano corpori vivo: Statuam, quæ corpus repræ-  
sentet, adhiberi posse non negant: v. gr. si statuam  
ponas, quam sculptor crebris ictibus format, po-  
litque; & addas: *Perficitur, dum caditur*: recte  
sic exprimas virum probum, qui rebus adversis ad  
virtutem proficit.

Figuræ sumuntur è rebus naturalibus, iisque vulgo notis, non fabulosis, aut peregrinis.

Voces, quæ figuræ adduntur, & ejus similitudinem cum re significata indicant, non solum Latino, Græcoque sermone, sed etiam vulgari, & vernaculo scribi possunt. Placent in primis hemistichia, sive partes primæ, aut ultimæ alicujus versus, v. gr. Hexametri. Videndum ut voces illæ sint paucae, claræ, & accommodatæ rei, quæ significatur. Interdum optativo efferuntur modo: nonnumquam infinito: fere indicativo.

Res significata exprimi non debet in ipsis, quæ Lemma, sive Epigrammæ componunt, verbis; sed generali quodam efferri modo, qui conveniat figuræ significanti, & rei significatæ. Sic, pone lucernam, adde, *Lucet, & ardet*: significabis S. Joannem Baptistam, aut quemvis Apostolicum virum; quod enim proprie convenit lucernæ, ut ardeat, & luceat, hoc per metaphoram congruit viro Apostolico. Aliquando figura ipsa loquens inducitur. Sic idem vir Apostolicus virtutum fama, & prodigiorum peccatores blande trahens significabitur, si magnetem pingas cum hoc lemmate, seu inscriptione: *Ad me dura traho.*

Placet milites laudare, quos Regis præsentis exemplum accendit ad rem bene gerendam? Pingo pullos aquilæ, solem adversum intuentes, cum hoc lemmate: *Crescunt vires, animique videndo.* Vir dives, & probus insigni aliqua dignitate auctus, notabitur flumine majori alveo decurrente: *Utilior, quo major.* Princeps femina ad solum evecta signabitur picta luna, & plena: *In publica commoda crevit.*

Victoriam de Turcis anno 1716. felicissime reportatam, CLEMENTIS XI. Pontificis Maximi auspiciis, precibus, & consiliis, ita describit Romanus vates; Exhibet Regem apum, qui aculeo carere dicitur, fucos alveari abigentem: Subjicit hæc verba: *Vincit inermis.*

*In quo Emblemata discrepat à symbolo Heroico, cui videtur esse simillimum?*

R. In hoc maxime discrepat, quod Emblemata significantur quæcumque ad virtutem, pietatem, & mores pertinent: neque tam religiose observantur in eo leges Symbolis heroicis præscriptæ. De voce si quæris, Emblemata, Græca vox, significat elegans opus, arte, & manu elaboratum, quod menlæ, pavimento, vasis, & parietibus interitur, & immittitur; quales sunt figuræ Hieroglyphicæ, tessellatæ imagines, & alia id genus.

#### CAPUT QUARTUM.

*ACROSTICHIS, ANAGRAMMA, GRIPHUS, &c.*

##### §. I. De Acrostichide.

**Q**uid est Acrostichis, & quomodo fit?

R. Acrostichis Græca vox est, & significat breve pœma, in quo primæ cujusque versus litteræ nomen aliquod, sive sententiam exhibent. Exempli causa, si S. Carolum laudare velis, primi carminis prima littera erit C, secundi A, tertii R, quarti O, quinti L, sexti U, septimi S. Ita primæ cujusque versus litteræ, seorsum sumptæ, dabunt vocem CAROLUS. Sic nomen sacrum JESUS offeret Acrostichis:

Ille

Ille, sacrum cuius legis hoc in carmine nomen,  
 Virginis castæ sinu  
 Servator mundi, nostrum productus in orbem,  
 Et omnibus vitam daret,  
 Se moriens totum indulsit mortalibus ægris.  
 Sic in omnium Sanctorum laudem vates recentior  
 hanc sententiam Acrostichide explicuit :

Vivite felices, quibus est fortuna peracta  
 Jam sua; nos alia ex aliis in bella vocamur.

Vivite felices, quibus est fortuna peracta  
 Jam sua, securam cœlestes ducite vitam.  
 Valles Elysiæ læti, saltusque beatos  
 Incolite; æternis eja indulgete choreis,  
 Mellure optata tandem, portuque potiti;  
 Erepti ex undis pelagi, ridete furentes  
 Pluctus, & ventos, tempestatesque sonoras,  
 Et quidquid sævum Neptunia monstra minantur,  
 Latantes Scyllam effugisse, trucemque Charybdim;  
 Rasque undisoni horrendas, rabiemque tridentis.  
 Cantibus ætheriam mulcete perennibus aulam,  
 Et Pæana simul canite, æternumque triumphum,  
 Succis ambrosiæ saturati, & nectaris haustu &c.

Interdum geminatur Acrostichis, ita ut extrema  
 cuiusque versus littera sit eadem, ac prima: ut,  
 si dicas:

Ille, sacrum cuius nomen tibi carmine pinx I  
 Emissus alto ex æther E &c.

Totum hoc carminis genus laboriosum est, &  
 exiguæ frugis.

**Q**uid vocas Anagramma?

R. Anagramma fit, cum ex alicujus nomine eruitur aliqua sententia in ejus laudem, aut vituperationem, servatis nominis litteris, sed vatis arbitrio transpositis. Licet unam, alteramve addere, aut mutare litteram. Exempla sub-jicio. Logica, *Caligo*; Ursula, *Laurus*; Calvinus, *Lucianus*; Corpus, *Porcus*; Sacramentum Eucharistiae, *Chara ceres in JESUM mutata*; Ignatius de Lojola, *O ignis à Deo illatus*. Sic lusit vates in Galenum: Galenus, *Angelus*.

Angelus es: bonus anne malus, Galene? salutis  
Humanæ custos: Angelus ergo bonus.

Humanam tamen heu! quoties, Galene, salutem  
Arte mala turbas! Angelus ergo malus.

Gregorius decimus quartus.

*Murus, custodiaque gregis.*

Ni Dominus alto cinxerit muro domum,  
Cingentis est vanus labor:

Nisi sit ovilis tutor, & custos Deus,  
Frustra excubat pastor vigil.

Gaudere fas est, missus e cœlo gregi  
Est *Murus, & custodia.*

Vir pie ingeniosus, & ingeniose pius, centum anagrammata pura in laudem Immaculatæ Conceptionis Deiparæ ante aliquot annos deprompsit ex illis verbis *Ave Maria gratia plena*. Pura vocantur anagrammata, in quibus nulla mutatur littera, nulla aditur, vel demitur.

§. III. De Gripho, Logogripho, & Inscriptione.

**R**escire cupio, quid sibi velint istæ voces, quibus nostræ vulgo scholæ personant, Griphus, Logogriphus &c.

R. Griphus aliud nihil est, quam ænigma scripto adumbratum, sed obscurius tamen, & intricatius, adeo ut negotium facessere homini, etiam accuto, possit. Nomen invenit à voce græca γριφός, Latine *rete*, quia explicantes implicat, irretitque: sic appellatur etiam quælibet obscura propositio, præsertim jocosa, & ludicra. Suppeditabit exempla P. Laurentius *Le Brun* in sua eloquentia Poëtica.

*Logogriphus* non versatur in rebus ipsis, erudito vocum, aut colorum velo tegendis, sed in ipsis vocibus celandis, earum syllabas, aut litteras resecando, trajiciendo, & varie commutando. Sic in voce, *Ovis*, si demas primum elementum, restabit *vis*, unde natus versiculus:

Imbellis tota est: caput exime, vis erit illi.

Sic à verbo *navem* si tollas primam, & ultimam litterulam, habebis *Ave*: unde aliquis ad amicum scribens ajebat: *Mitto tibi navem prora, puppique carentem.*

In vocabulo *Aper* invenis *pera*, *aer*, *per*. Hujus obscuritatis acumen, quia in meris vocibus consistit, logogriphus appellatur, quasi dicas, vocis ambages, & lusus.

*Griphus* vocantur figuræ, voces, litteræ, quæ sua dispositione, numero, actione, vel colore, verbum, sensum, paroemiam, aut aliud quidpiam ex-

exprimunt, non sine aliquo sale. Ita Cupidinem aliquis pinxit, qui Orbem terrarum ligat, cum hoc lemmate, *Omnia vincit amor*. Hoc genus facile in pueriles ineptias excidit.

*Libenter aliquid audirem de Inscriptione, quam à te prætermiffam esse miror.*

R. Non est illa tantum opus Poëtarum, sed etiam Oratorum, etsi versum non respuat. Duplex illius dos; Brevitas, & Perspicuitas. Optima est, quæ necessaria personæ, loci, temporis, & modi adjuncta paucis complectitur. Parco exempla congerere, quæ totis collecta voluminibus leguntur.

FINIS.

## INDEX CAPITUM.

### ELEMENTA RHETORICÆ.

CAP. I. De Fabula.	pag. 1.
§. I. De variis Fabularum generibus.	2.
§. II. De Fabula rationali, sive Parabola.	ibid.
§. III. De Fabula morali, sive Apologo.	3.
§. IV. De Fabula Mixta.	5.
§. V. De legibus, & artificio Fabulæ.	ibid.
§. VI. De utilitate Fabulæ.	7.
Cap. II. De Narratione.	11.
§. I. De virtutibus Narrationis.	ibid.
§. II. De Schematis, seu Figuris, quibus illuminari potest Narratio.	17.



§. III. <i>Varia Narrationum genera, &amp; selecta illarum Exempla.</i>	22.
Cap. III. §. I. <i>De Chria.</i>	35.
§. II. <i>Chria verbalis in hanc Virgilii sententiam: Breve &amp; irreparabile tempus omnibus est vite.</i>	43.
§. III. <i>Argumenta Chriarum verbalium ex Horatio.</i>	48.
Cap. IV. <i>De Amplificatione.</i>	50.
§. I. <i>De Amplificatione rerum.</i>	53.
§. II. <i>De Amplificatione per congeriem Definitionum.</i>	ibi.
§. III. <i>De Amplificatione per congeriem adjunctorum.</i>	54.
§. IV. <i>De Amplificatione per congeriem, seu enumerationem partium.</i>	57.
§. V. <i>De Amplificatione per congeriem caussarum, &amp; effectuum.</i>	60.
§. VI. <i>De Amplificatione per congeriem consequentium.</i>	61.
§. VII. <i>De Amplificatione per comparationes, similitudines, &amp; exempla.</i>	62.
§. VIII. <i>De Amplificatione per consiictionem contrariorum.</i>	65.
§. IX. <i>De Amplificatione per incrementum.</i>	ibid.
§. X. 66. §. XI. 67. §. XII. 69. §. XIII. ibid.	
§. XIV.	72.
§. XV. <i>De Amplificatione per repetitionem.</i>	73.
§. XVI. <i>Quid sit in Amplificatione vitandum.</i>	76.
Prooemium Rhetoricæ.	78.
§. I. <i>De natura, &amp; sine Rhetoricæ.</i>	78.
§. II. <i>De materia Rhetoricæ.</i>	80.
§. III. <i>De partibus Rhetoricæ.</i>	82.
§. IV. <i>De dignitate, &amp; utilitate Rhetoricæ.</i>	83.
De imitatione.	84.

LIBER I. DE ELOCUTIONE.

Cap. I. De Figuris, seu Schematibus.	96.
§. I. De Figuris sententiarum.	97.
§. II. De Figuris ad movendum idoneis.	ibid.
§. III. De Dubitatione.	100.
§. IV. De Obssecratione.	104.
§. V. De Imprecatione.	106.
§. VI. De Interrogatione, & Subjectione.	107.
§. VII. De Præteritione, & Reticeantia.	109.
§. VIII. De Expolitione.	111.
§. IX. De Epiphonemate.	113.
Ca. II. De Figuris ad delectandum magis idoneis.	114.
§. I. De Apostrophe.	ibid.
§. II. De Hypotyposif.	117.
§. III. De Profopœja.	120.
§. IV. De Ethopœja.	122.
Cap. III. De Figuris ad docendum idoneis.	126.
§. I. De Antithesi.	ibid.
§. II. De Sustentatione.	127.
§. III. De Communicatione.	ibid.
§. IV. De Correctione.	128.
Cap. IV. De Figuris verborum.	129.
§. I. De Tropis.	ibid.
§. II. De Metaphora.	130.
§. III. Quid vitandum in Metaphora.	133.
§. IV. De Allegoria.	136.
§. V. De Metonymia.	137.
§. VI. De Synecdoche.	140.
§. VII. De Ironia.	142.
§. VIII. De Sarcasmo.	144.
Cap. V. De Figuris verborum proprie dictis,	
	seu

seu quæ non sunt Tropi.	145.
§. I. <i>Figure per adjectionem.</i>	146.
§. II. <i>De Figuris per Detractionem.</i>	149.
§. III. <i>De Figuris per similitudinem.</i>	150.
§. IV. <i>Appendix de Transitione.</i>	152.
Cap. VI. <i>De Periodo.</i>	156.
§. I. <i>De partibus Periodi.</i>	157.
§. II. <i>De variis Periodum generibus.</i>	159.
§. III. <i>De legibus, ac regulis Periodi.</i>	160.
§. IV. <i>De artificio Periodi amplificandæ.</i>	161.
§. V. <i>De numero, &amp; ceteris virtutibus Periodi.</i>	163.
§. VI. <i>Regulæ sex, quibus reddi potest numerosa Periodus.</i>	164.
§. VII. <i>Quomodo parari possit facultas numerose dicendi.</i>	171.
Cap. VII. <i>De Stilo oratorio.</i>	173.
§. I. <i>De Stilo sublimi.</i>	174.
§. II. <i>De Arte comparandi Stili sublimis.</i>	175.
§. III. <i>De Stilo simplici.</i>	177.
§. IV. <i>De Stilo mediocri.</i>	ibid.
§. V. <i>De usu triplicis Stili, seu Characteris.</i>	178.
§. VI. <i>De Stilo vitioso.</i>	180.
§. VII. <i>De Stilo Laconico, &amp; Asiatico.</i>	182.
LIBER II. DE INVENTIONE.	
Cap. I. <i>De locis intrinsicis.</i>	194.
§. I. <i>Definitio.</i>	195.
§. II. <i>Enumeratio partium.</i>	198.
§. III. <i>Notatio Nominis, &amp; Conjugata.</i>	199.
§. IV. <i>Genus, &amp; Species, seu Forma.</i>	202.
§. V. <i>Similitudo, &amp; Dissimilitudo.</i>	204.
§. VI. <i>Contraria, &amp; Repugnantia.</i>	206.
§. VII. <i>Adjuncta.</i>	208.

§. VIII. <i>Antecedentia, &amp; Consequentia.</i>	210.
§. IX. <i>Causse.</i>	211.
§. X. <i>Effecta.</i>	214.
§. XI. <i>Comparatio.</i>	215.
Cap. II. <i>De locis extrinsecis, seu remotis.</i>	217.
Cap. III. <i>De secunda Inventionis parte, seu de motibus excitandis.</i>	222.
§. I. <i>De Amore, &amp; Odio.</i>	223.
§. II. <i>De Metu, Spe, &amp; Audacia.</i>	226.
§. III. <i>De Misericordia.</i>	231.
§. IV. <i>De Ira, &amp; Indignatione.</i>	233.
§. V. <i>De Mansuetudine.</i>	237.
§. VI. <i>De Æmulatione.</i>	239.

### LIBER III. DE DISPOSITIONE.

Cap. I. <i>De Exordio.</i>	243.
§. I. <i>De variis Exordiorum generibus.</i>	244.
§. II. <i>De virtutibus, ac vitiis Exordii.</i>	246.
§. III. <i>De variis Exordiorum fontibus.</i>	248.
§. IV. <i>De Officio, ac munere Exordii.</i>	252.
§. V. <i>De paranda attentione.</i>	255.
§. VI. <i>De Propositione.</i>	259.
§. VII. <i>De Divisione.</i>	261.
Cap. II. <i>De Confirmatione.</i>	262.
§. I. <i>De Confirmatione proprie dicta.</i>	ibid.
§. II. <i>De Syllogismo.</i>	264.
§. III. <i>De Enthymemate.</i>	266.
§. IV. <i>De Inductione.</i>	268.
§. V. <i>De Exemplo.</i>	269.
§. VI. <i>De Dilemmate.</i>	270.
§. VII. <i>De Crocodilo, &amp; de argumento insolubili.</i>	273.

§. VIII. De Sorite, & Epicheremate.	ibid.
Cap. III. De Confutatione.	275.
Cap. IV. De Peroratione.	278.
§. I. De Enumeratione.	ibid.
§. II. De Affectuum Commotione.	280.

LIBER IV. DE DIVERSIS ORATIONUM  
generibus.

Cap. I. De Orationibus, quæ pertinent ad genus demonstrativum.	284.
§. I. De Oratione Panegyrica.	ibid.
§. II. De Inventionibus, & fontibus Panegyrici.	285.
§. III. De tempore, quod ortum antecepsit.	287.
§. IV. De iis, quæ in vita ipsa laudari possunt.	290.
§. V. De corporis, & fortunæ laudibus.	291.
§. VI. De tempore illo, quod mortem subsequitur.	294.
§. VII. Animadversiones quædam circa personarum laudationem.	295.
§. VIII. De oratione natalicia, seu Genethliaca.	297.
§. IX. De oratione nuptiali, sive Epithalamio.	299.
§. X. De laudatione Funebris.	300.
§. XI. De Oratione Eucharistica.	304.
§. XII. De Epinicio, & Gratulatione.	307.
Cap. II. De Orationibus, quæ pertinent ad genus deliberativum.	311.
§. I. De Suasione, & Dissuasione.	ibid.
§. II. De variis variarum ætatum moribus.	315.
§. III. De moribus Nobilium, Divit. & Plebejor.	317.
§. IV. De Hortatione, & Dehortatione.	322.
§. V. De Concitatione, & Conciliatione.	325.
§. VI. De Commendatione.	327.

§.

§. VII. De <i>Petitione.</i>	328.
§. VIII. De <i>Consolatione.</i>	330.

## LIBER V. DE PRONUNTIATIONE.

§. I. De <i>Memoria.</i>	333.
§. II. De <i>Voce.</i>	334.
§. III. De <i>monotonia, &amp; cantu.</i>	336.
§. IV. De <i>Gestu.</i>	338.

## INSTITUTIONUM POETICARUM LIB. I.

Cap. I. <i>Definitio Poeseos.</i>	345.
Cap. II. <i>De materia Poeseos.</i>	347.
Cap. III. <i>De Forma Poeseos.</i>	349.
Cap. IV. <i>De Peripetia.</i>	353.
Cap. V. <i>De Anagnorisi.</i>	355.
Cap. VI. <i>De Episodio.</i>	357.
Cap. VII. <i>De Machina.</i>	358.
Cap. VIII. <i>De Moribus.</i>	360.
Cap. IX. <i>De Sententia.</i>	362.
Cap. X. <i>De Dictione.</i>	364.
Cap. XI. <i>De causa efficiente Poeseos.</i>	370.
Cap. XII. <i>De fine Poeseos.</i>	372.
Cap. XIII. <i>De Divisione Poeseos.</i>	374.

## LIB. II. DE EPOPOEJA.

Cap. I. <i>Definitio Epopœjæ.</i>	376.
Cap. II. <i>De Materia Epopœjæ.</i>	378.
§. I. <i>Actio Feminae an materia Epopœjæ.</i>	379.
§. II. <i>Actio Epopœjæ quomodo Una.</i>	382.

§. III. <i>Actio Epopœjæ quomodo tota.</i>	383.
§. IV. <i>Actio Epopœjæ que Vera, &amp; Verisimilis.</i>	385.
§. V. <i>Actio Epopœjæ quomodo Illustris, &amp; Felix.</i>	386.
Cap. III. <i>De forma Epopœjæ.</i>	387.
§. I. <i>Fabulæ Epicæ Dotes.</i>	388.
§. II. <i>Fabulæ Epicæ Partes.</i>	390.
§. III. <i>Fabulæ Epicæ Dispositio.</i>	393.
Cap. IV. <i>De Propositione Epopœjæ.</i>	394.
Cap. V. <i>De Invocatione Epopœjæ.</i>	397.
Cap. VI. <i>De Narratione Epopœjæ.</i>	399.
Cap. VII. <i>De Epilogo Epopœjæ.</i>	402.

### LIB. III. DE DRAMATE.

Cap. I. <i>Definitio Poematis Dramatici.</i>	405.
Cap. II. <i>De Materia Poematis Dramatici.</i>	407.
Cap. III. <i>De Forma Poematis Dramatici.</i>	408.
§. I. <i>Unitas, &amp; Simplicitas Fabulæ Dramatici.</i>	409.
§. II. <i>Magnitudo Fabulæ Dramaticæ.</i>	411.
Cap. IV. <i>De Partibus Poematis Dramatici.</i>	413.
Cap. V. <i>De Choro in Dramate.</i>	418.
Cap. VI. <i>De Scenico Apparatu.</i>	419.
Cap. VII. <i>Definitio Tragœdiæ.</i>	420.
Cap. VIII. <i>De Materia Tragœdiæ.</i>	422.
Cap. IX. <i>De Forma Tragœdiæ.</i>	426.
Cap. X. <i>De Fine Tragœdiæ.</i>	428.
§. I. <i>Qui Adfectus concitentur in Tragœdia.</i>	idid.
§. II. <i>A quibus concitentur Adfectus in Tragœdia.</i>	429.
§. III. <i>Quomodo concitentur Adfectus in Tragœdia.</i>	431.
Cap. XI. <i>Præceptorum usus in scribenda Tragœdia.</i>	433.
Cap. XII. <i>De Comœdia.</i>	435.

## LIBER QUARTUS.

Cap. I. De Elegia.	439.
Cap. II. De Epigrammate.	441.
Cap. III. De Satyra.	442.
Cap. IV. De Poemate Lyrico.	444.
Cap. V. De Hymno, Parodia, & Carmine Intercal.	447.
Cap. VI. De Eclogis, Silvis, & Diris.	448.
Cap. VII. De Epitalamio, Genethliaco, Epicedio.	449.
Cap. VIII. De Epinicio, Eucharistico, Propemptico.	450.
Cap. IX. De Carmine Sotterico, Protreptico, & Pa- raenetic.	452.


## LIBER QUINTUS.


Cap. I. Poetarum Latinorum præstantiorum no- mina, ætas, stilus.	454.
Cap. II. De Stilo Poetico.	458.
Cap. III. De variis Versuum generibus.	460.
§. I. De Versibus Comicis.	ibid.
§. II. De Versibus Lyricis.	465.
§. III. De aliis quibusdam usitatiorum Versuum generibus. Ex Lib. 4. Prologiæ Bononiensis P. Joann. Baptistæ Riccioli.	473.
§. IV. De Dichyrambo.	478.
§. De Symbolo Heroico.	480.
Cap. IV. Acrostichis, Anagramma, Grippus.	482.
§. I. De Acrostichide.	ibid.
§. II. De Anagrammate.	484.
§. III. De Grippho, Logogrippho, & Inscriptione.	585.


FINIS.













Historia  
de  
Dacia

G-E 797